

vera. Quoniam leges istae, cum iustae, & aequae sint, ipsique naturae iuri nixae, obligant in foro conscientiae. Hanc sententiam conceptis verbis docet S. Augustinus episcopus. *liv. ad Macedoniam. Sed non ideo debet vendere iustum iudicium, aut testis veram testimonium, quia vendit advocatus iustum patrocinium, & iuris peritus verum consilium. Illi enim inter utramque partem ad examina addubitantur; & isti ex una parte consistunt. Cum autem iudicia, & testimonia, quae nec iusta, nec vera vendenda, iniqua & falsa venduntur, multa sceleratius utriusque pecunia sumitur, quia sceleratius etiam, quamvis a voluntibus, datur. Qui vero pro iniquo iudicio dedit, vellet quidem repetere, nisi timeret, vel puderet emisse. Verumtamen si iustitia sine veris consiliis, iustus dicitur advocatus: Redde quod accepisti, quando contra veritatem testifisti, iniquitatis affusisti, iudicem falsifisti, iustam causam oppressisti, de falsitate iudicii. Adeo haec comperta sunt, ut vel ipsi Valzer, & Lugo disp. xviii. sect. 5. num. 57. fateantur, hanc esse Augustini sententiam, nihilominus ipsi oppositam propugnant. Iuniores sepe dicant, SS. Patres non displicisse moram questiones. Cum autem illorum sententias in medium afferimus, una distinctiuncula non pauci easdem deludunt.*

IV. Et ne gratis haec a me dici aliquis suspicetur, enae P. Leonardus Lessius *lib. II. de iust. cap. xiv. dub. 8. n. 55.* scribit. *Dices: Divus Augustinus epistola quinquagesima quarta ad Macedoniam ait, sceleratius accipere pecuniam pro sententia iniusta quam pro iusta, pro testimonio falso quam pro testimonio vero. Atqui pecunia accepta pro sententia iusta est restituenda. Ergo & pro sententia iniusta. Ita Sotus.* *Relp. negando consequentiam. Non enim quia aliquid est sceleratius, ideo magis, vel aequè obligat ad restitutionem.* Hanc enim obligatio non sequitur magnitudinem sceleris, sed damnum per iniuriam datum. *At qui accipit pro sententia iniusta, nullam inferri iniuriam danti, si certus quam hoc: tum quia peius est ferre iam habet animam (ad quam ferendam propter iniuriam quae fit alteri parti, quam accipere pecuniam pro sententia iniusta ferenda: tum quia (ut ibidem Augustinus ait) sceleratius pro iniuria quam pro iniuria, quamvis detur voluntarie, & libenter. Loquitur enim de sententia ferenda. Adde, ibidem Augustinum significare pecu-*

niam istam, esse sceleratius acceptam, non esse opere impio restituendam, dum dicitur *cit. datam a voluntibus. Volenti enim non fit iniuria. Secus si data sit pro sententia iniusta, quae celeriter coacte metu sententiae iniusta.*

V. Si in explicando aliquo fidei articulo hac libertate, & vanissimo distinctiuncularum involucre quis SS. Patrum sententias implicaret, deluderet, & in sensus arbitrarios deverteret; actum de pluribus fidei articulis est. Et quia Patrum sententiae in morum controversiis vanis cavillationibus adulterantur, idcirco relaxata est morum Theologia. Dam Lutherani, & Calviniani improperamus, minus reverenter ab his Patrum sententias sulcipi, nobis illi exprobrant libertatem Moralitarum nostrorum, qui & Scripturarum, & Patrum dicta pro ingenio finitendae caluities controversiis accomodant. Verum P. Lessius non modo S. Augustini doctrinam manifeste delinquit, & cavillatur; sed falsam doctrinam etiam imponit S. Thome ibidem n. 52. ubi haec scribit. *Dico primo. Si solum ius naturae spectetur, acceptum ob turpem causam, vel propter opus, quod est peccatum, opere impleto, non est restituendum, si vero illud opus sit contra iustitiam, sive non. Colligitur ex D. Thom. quest. xxxii. art. 7. in corp. & quest. lxii. art. 5. ad 2. ubi docet, esse acceptum. Nec distinguit, sit ne opus legi loca citata; & verba quae P. Lessius S. Doctori tribuit, non inveni. Porro quia dignam censuram sit assignere pro arbitrario sancto Ecclesiae Doctori verba, ut in propria sententiam concedere lectoribus periculum fiat, iudicent aequi rerum arbitri. Immo, quod plus est, non modo verba non repeni, sed neque doctrinam; cum utrobique S. Thomas solum meretricibus retinere pretium turpe concedat, limitibus tamen adstrictis.*

VI. Persequitur S. Augustinus ibidem suam increpationem contra advocatos. *Quis tandem advocatus, aut ex advocato, ita vir optimus facile reperitur qui suscepto suo dicit: Recipe quod mihi cum tibi male adesse, desisti, & redde adversario tuo quod, me agente, inique abstulisti? Et tamen quem prius non recta via rectissime poenitet, etiam hoc facere debet, ut si ille qui inique litigavit, non vult admonitus corrigere iniquitatem, eius tamen iniquitatis noluit esse mercedem: nisi forte restituendum est alienum quod pro furto clamulo auferitur; & restituendum non est alienum quod.*

quod in ipso foro, ubi peccata puniuntur, decepto iudice, & circumventis legibus, obtrinet.

VII. S. Augustinus subseribit de more S. Thomas 2. 2. quæst. xxxii. art. 7. ad 2. *Apud illos qui sunt huiusmodi legibus obstricti, tenentur universim ad restitutionem qui laesantur. Quam doctrinam repetit quæst. lxii. art. 5. ad 2. Et quia etiam ille qui accipit, contra legem accipit, non debet sibi retinere. Hac satis fuit pro nostra sententia, quæ etiam penes ipsos iuniores communior est. Disputatur dumtaxat, cuiusnam sit restituendum turpe lucrum? At, missis iurium placitis, verolimitius mihi est cuiusmodi turpia lucra non esse dantibus restituenda, qui iuste privantur eiusmodi bonis inique distractis; sed eroganda esse aut in pauperes, aut in pia opera.*

VIII. Quæst. II. *Qui accipiunt, ut actionem bonam quam exercere tenentur, peragant, & ut abstineant a malo quod omittere debent, tenentur ne accepta restituere?* Resp. Sermo potissimum est de ministris iustitiae, de iudicibus, de iussu exhibentibus, electoribus &c. Iura omnia clamant contra recipientes munera, etiam sponte oblata, pro iustitia administranda. In hos invectur Isaias cap. i. *Principes tui infideles, scilicet furum, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. Pupillo non iudicant, & causa viduae non ingreditur ad illos. Item Eccli. cap. xx. Xenia, & dona excæcant oculos iudicum. Rursum Deuteronomii cap. xvi. Non accipies personam, nec munera, quia munera excæcant oculos sapientum. Adverte, Deum allerere, quod munera excæcant oculos non pauperum modo, & hominum iniquorum, sed etiam sapientum. Admonet idem Salomon: Non litiges cum homine potente, ne forte incidas in manus inimici tui. Multos enim perdidit aurum & argentum, & si que ad cor Regum extendit, & convertit. Videt Splendor argenti, & auri inopiam Regum, & Principum animam emollit, mentem fascinat, & convertit, id est pervertit in iniquitatem pravationem. Innumera leges civiles quæ tantam prohibent privitatem. *ff. de offic. Praefidis l. Plebiscito, & ff. de offic. Praefidis l. Solet, & aliae, quas prætereo. Sed lubet transcribere verba M. Tallii *lib. II. de offic. cap. xvi. Caput autem est in omni præcavatione negotii, & muneris publici, ut avaritia pellatur etiam minima suspicio. Urinam, inquit C. Pontius Summi, ad illa tempora fortuna me servasset, & tunc essem natus, quando Romani dona accipere conspissent: non essem passus diutius eos imperare. Ne illi quidem saeculo expectanda***

fuerunt. Mado enim hoc malum in hanc Rempublicam invasit. Itaque facile patior tunc potius Postum fuisse. Nullum igitur vitium terius... quam avaritia, præsertim in Principibus, & Rempublicam generantibus. Habere enim quæsitum Rempublicam non modo turpe est, sed sceleratum etiam & nefarium. Itaque hac munera iniqua esse, nemo negare audeat; cum fieri nequeat quominus infestant iudicum mentes, ut favent dotoribus, corampanque animum ad iustitiam vendendam.

IX. Restituenda esse munera ista accepta ab iis qui aut facere quiddam, aut omittere ex iustitia tenentur, certa & vera sententia docet. Auctor operis de Regimine Principis, quod S. Thomas ascribitur, *lib. II. cap. iv. inquit: Sicut enim iniustus effectus qui capiam meam mihi vendere vellet, iniustus effectus qui iustitiam quam debet gratis ex officio facere, non vult facere nisi accepto munere. Iudices qui iustitiam restituere munera debent accepta, vel ut iustam sententiam proferant, vel ut abstineant ab iniuria; similiter rantes corrupti, ne dicant verum, aut ut taceant falsum testimonium; electores qui ut eligant digniorem; sciarum qui ut non occidat; fur qui ut non furetur, munera, vel stipendia accipiunt, restituere hæc omnia tenentur. Pariter ceteri ministri Principis, notarii, tabelliones, si ultra taxatum stipendium; item qui bonis ex legato, vel testamento in ipsa causa distributibus deputati sunt; pacto stipendio, si quid pro solutione, seu distributione accipiant, ad restitutionem alitrii iust: quia non libere, sed coacte, & ad vexationem redimendam hæc omnia donantur. Ceterum si certe constaret quod aliquis omnino gratis, & liberaliter huiusmodi officium restitutionis debetum solueret. At peccato eiusmodi liberales donationes contingunt: ideo raro ab onere restitutionis liberandi præfati ministri sunt.*

X. Quæstio III. *Quando iniustitia pro utraque parte dubia, seu probabilis est, tenetur ne iudex restituere munus acceptum, ut pro hoc potius quam pro alia parte sententiam ferat?* Resp. Ex Probabilibus plures admodum sententiam propugnantur. P. Diana citat per hac opinionem Lessium *lib. II. cap. xiv. Fungendur in precept. Decal. lib. VII. cap. xxvi. Trullench Tom. II. lib. VIII. cap. i. dub. 6. & alios. Sed hæc opinio nempe dicitur Alexander VII. in prop. 26. Quando litigantes habent pro se opiniones aequè probabiles, potest iudex pecuniam accipere pro ferenda sententia in favorem unius pro alio. Verum hæc damna-*

alterius delictum pati detrimentum debet. Negant alii: quia non est presumendum, dominum velle cum tanto incommodo restitutionem sibi fieri. Verum hac presumptione non videtur admittenda. Siquidem ultra restitutionem poenam etiam in foro exteriori luere deprehensus fuit. Quid ni & in foro interiori hoc gravamen, ut perpetratum delictum expiet, subibit? Quare probabilior est prior opinio absolute spectata. Circumstantiae tamen occurrere possunt quae dilationem restitutionis permittant, ut tale detrimentum vitetur, potissimum si dominus non valde egeat re sua, & debitor pauper sit. Si creditor alio suum transtulisset domicilium, detrahenda tunc expensae forent quas saluare debuisset dominus in rei suae absorptione.

XXI. Restitutio ex contractu debita, ubi celebratus contractus est, fieri debet; cum hic sit locus utriusque parti communis, nisi aliter a contrahentibus ipsis statueretur, ut reipia definiti solet. Quid, si alter contractum alio post initum contractum discedat? Tum debitum solvendum est ab eo in cuius commodum peractus contractus est. Marum commodum affert accipienti: idcirco illius expensis repetere pecunia est. Depositum est in commodum deponentis: hic propriis expensis repetere rem suam debet. Semper tamen videndum ne ex aliqua parte frans contingat.

CAPUT XIII.

De illis quibus fieri restitutio debet.

I. Primum omnium restitutio illi facienda est cui ablata res fuit, siue dominus, siue cuius rei ablata sit. Quare si furripas ab eo qui commodatam, locatam, oppignoratam, aut depositam, ut administrandam habebat, eidem fieri restitutio debet. Quoniam, inquit S. Thomas 2. 2. quaest. LXXI. art. 5. *per restitutionem fit reductio ad equalitatem commutative iustitiae, quae consistit in rerum adaequatione. . . .* Huiusmodi autem rerum adaequatio fieri non potest, nisi ei qui minus habet quam quod suum est, suppleretur quod deest: & ad hanc suppletionem faciendam necesse est ut ei fiat restitutio a quo acceptum est. Si tamen nihil interesset possessori, nullamque perferret iniuriam; tum domino restitutio fieri immediate posset. Ceterum quia vix absque iniuria privari homines possunt possessionis iure, quo fruuntur; ideo communiter resti-

tutio fieri possessori, non domino, debet. Tum solum domino restitui ablata bona possent, cum in manu possessoris periculo alienationis, dilapidationisque essent exposita. Quando vero auferretur ab eo qui nullo iusto titulo eam possidebat, idque certo, & non dubitante constet; domino, non iniusto possessori, fieri restitutio oportet. In dubio autem iniuste possessionis restitui possessori ablatum debet: quia tunc valet regula, *Melior est conditio possidentis.*

II. Quaest. I. *Cuiam restitui res debet, accepta a possessore bona fidei?* Resp. Domino restituenda est, quia res semper clamatur ad dominum suum. Ex quo possessor bonae fidei refert alienam esse rem, eam retinere nequit. Cum ergo nec tu, qui eam accepisti, retinere illam vales, domino restituenda est, quando contractus lucrativo accepta fuit. Expicitur etiam in quo rem ex contractu depositi, commodati, vel pignoris, accepisti: quia contractus illi privilegii donati sunt, postulantque ut res ei a quo accepta fuit, reddatur. Monendi tamen tum possessores, ut reddant; tum domini, ut repetant, pro circumstantiarum varietate. Si vero contractus oneroso, nempe per venditionem, rem accepti; tum restituendam esse possessori plures docent, ut pretium recuperes tuum. Si tamen a iusto possessore repetere pretium nequeas; domino restituendam rem esse, etiam cum pretii iactura, fateantur. Quod repetere a venditore pretium vales, nemo negat. Ceterum restituendam esse rem domino, & non possessori, iam supra demonstravi: quia res semper ad dominum clamatur, nisi certus es de restitutione facienda a possessore. Quoniam tunc perinde est quod a te, vel a possessore restitutio fieret. Si is cui facienda restitutio est, mortuus sit, hereditus vel ex testamento, vel ab intestato reddenda bona sunt. Non possunt hac bona aut in pauperes, aut in pia opera distribui, dum heredes eiusmodi existunt, quibus deficientibus tantum, succedunt pauperes, aut pia loca. Quod si bona accepti a Religioso, a minore, a filiofamilias, ab uxore; non istis, sed dominis, eadem reddere debes. Bona Religiosorum Monasterio, minorum tutoribus, filiorum parentibus, uxorum maritis, reddenda sunt; nisi constaret de consensu dinorum in eiusmodi alienationes.

III. Quaest. II. *Si restitutio perniciosa sit domino, facienda ne eidem est?* Resp. Haec est responsio quam S. Thomas 2. 2. quaest.

LXXI.

LXXI. art. 5. ad 1. exhibet, cui omnes Theologi subscribunt. Quando res restituenda apparet esse graviter nociva ei cui restitutio facienda est, vel alteri, non ei debet tunc restitui: quia restitutio ordinatur ad utilitatem eius cui restituitur. Omnia enim quae possidentur, sub ratione utilis cadunt. Neactamen debet ille qui desinet sic rem alienam, sibi appropriate; sed vel reservare, ut congruo tempore restituat, vel etiam alibi tradere tutius conservandum. Quamobrem arma apud te deposita reddere haud debes furioso, aut alteri quem praevides eidem abulurum in sui, vel aliorum perniciem. Quod si redderes, non modo caritatem, sed etiam iustitiam laederes, & ad damnorum inde proficiscendum restitutionem strictus esses: quia qui instrumenta praebet ad mala patranda, cooperatur est, & influit in eadem; ut habetur lib. 5. §. 1. pignore §. 4. ubi hac praescribuntur. *Qui ferramenta sciens commodaverit ad effringendum ostium, vel amagium, vel scias sciens commodaverit ad ascenderendum, licet nullum eius consilium principaliter interveniret ad finem faciendum, facti tamen actione tenetur.*

IV. Quaest. III. *Fieri ne restitutio debet bonorum, quando providetur dominus is ad peccandum abusus?* Resp. Ex caritate evitari tunc, & differri restitutio potest, & debet; scilicet ex iustitia. Quis peccat pecunias suas, in commutationes, ludolque dilapidandas: illas ex iustitia denegare non attingeret. Quoniam pecuniarum retentio non est medium idoneum impediendis malis spiritualibus, sed correctio fraternas, & quilibet dominus est suarum actionum spiritualium.

V. Quaest. IV. *Cuiam facienda est restitutio, quando dominus est ignotus?* Resp. De restitutione rerum inventarum, domino ignorato, dictum est supra. Nunc de restitutione bonorum quae furto, aut alia via ablata sunt, vel reperuntur apud possessorem, sermo est. Primo certum est, omnem adhibendam esse diligentiam ut dominus, vel eius heredes reperiantur. Et eo maior est necessaria diligentia, quo pretiosior est res restituenda. Si dubium occurrat, sit ne restituenda Petri, an Ioannis; tunc pro rata dubii dividenda inter istos duos est. Quando vero dominus omnino ignotus est, hoc praebet responsum S. Thomas 2. 2. quaest. LXXI. art. 5. ad 3. *Si ille cui debet fieri restitutio, sit omnino ignotus, debet homo restituere secundum quod potest, scilicet dando elemosinas pro salute ipsius, siue sit mortuus, siue sit vivus, praemissa tamen diligenti in-*

quisitione de persona eius cui est restitutio facienda. Si vero sit mortuus ille cui est restitutio facienda, debet restitui heredi eius, qui computatur quasi una persona cum ipso. Si vero ille sit multum distans, debet sit transmitti quod ei debetur; & praecipue si sit res magni valoris, & possit commode transmitti: aliquem debet in aliquo loco tuto deponi, ut pro eo conservetur, & domino significari. Quae doctrina S. Thomae habetur in iure canonico cap. Cum tu de usuris, & in 6. cap. Cum sit de iudeis: ubi licet sermo de bonis sit acquisitis per simoniam, & usuram, communiter tamen doctrina haec extenditur ad omnia bona ex delicto debita quorum dominus ignoratur.

VI. Dilputant vero Auctores, num, praecisus legibus positivis, & spectato solo iure iure, bona ista pauperibus eroganda sint? Adfirmant plures: quia ita prudenter praesumptum dominum velle in commodum suum spirituale iure bona applicari, in pauperes erogando. Ergo cum res aliena modo possibilibus restituenda domino sit, praefata restitutio pauperibus facienda est in utilitatem spirituales domini. Negant alii, contententes haec bona iure naturae ad statum primum devolvi in quo erant ante divisionem iure gentium inventam. Horum vero dominos esse Reges, Rempublicam, Communiatem, summum Pontificem, qui valet eadem in usus bono communi utiles convertere. Ius quippe naturae solum praescribit, ut bona restituatur dominis, quando id possibile est. Quod si hoc fieri nequeat, non iubet ut applicentur haec bona pauperibus, cum non sint hi legitimi domini, & heredes. Est reipia Principes, ac Pontifices summi haec bona applicant in quos libi expedire ulius iudicant. Hanc opinionem defendunt Salmanticenses tract. XII. cap. 1. p. 104. §. 3. num. 217.

VII. Neutra sententia evidens est. Tamen si coniecturis indulgendum est, prior praesentanda videtur. Et primum iuris naturae legitimum interpres est ipsa consuetudo, seu communis hominum sensus. Ad consuetudinem, & communis hominum sensus reipia haec incerta bona pauperibus adiudicant. Leges indicant, & S. Thomas cum ceteris libi & v. Doctoribus in pauperum favorem hoc ius naturae interpretatur. Qui enim melius quae sunt iuris naturae rationalis, interpretari valent quam ii qui in hac natura praesentiores fuerunt? Rerum partitio iure gentium inventa est. Num ius istud, seu hominum consensum integram pauperum promissum

G. 2.

num rempublicam a bonorum communium participatione penitus recedere? An pauperes homines non sunt? An ad bona communia ius & ipsi ante divisionem æque ac alii non habent? Unde ergo colligendum, quod populus hæc pauperum rempublica a iure participandi de eiuſmodi bonis exclua penitus fit? Exclua autem omnino eſſet, ſi neque in bonis incertis luccederet. Quare verofimilis apparet eiuſmodi bona incerta ad pauperum communiter pertinere, nature iure ſpectato. Ius quippe nature omnes homines ad bonorum communionem admittit. Ius gentium, iuris nature interpres, bona dividit abſque pauperum præiudicio. Nulla adeſt ratio præſumendi, in bonis, immo iure æquitas præſumendi rationem exhibet, hæc bona incerta eſſe portionem pauperum communiter deſtinatam. Summi Pontifices, Principes, Reges ſunt pauperum parentes, & tutores, qui reſſa hæc bona applicare pauperibus ſolent. Quod ſi interdum illi, ad culodes, interpretes, & adminiſtratores publici iuris, in quælibet alium uſum hæc bona deſtinant: nihil officiſent ſententiæ noſtræ. Nam caluſ reſpectu cuiuſque legis occurrere poſſunt, in quibus ſupremi interpretes, & domini id deliberent quod magis communi bono convenire iudicant.

VIII. Ex ſecunda, quam reſutavi, opinionis principiis inferunt Caſtopalaſis diſp. 1. punct. 18. §. 8. num. 1. Dicaſillus Lib. II. tract. 11. diſp. 12. dub. 14. Leſſius Lib. II. cap. XIV. dub. 6. Petrus Navarra Lib. IV. cap. 11. num. 4. Layman Lib. III. tract. 1. cap. 13. poſſeſſores qui præſata bona poſſident, hæc bona, licet ſibi appropriare poſſent, quin teneantur eadem pauperibus diſtribuire: ſum opinionem probabiliſſimè reputant Salmanticensiſ tract. XIII. cap. 1. punct. 11. §. 3. num. 213. Quoniam cum hæc bona ad pium ſtatum devota ſint, iam, inquit, ſunt primi occupantes; quemadmodum ſera, piceſ &c. Leges politivæ ſolum iubent in pauperes erogari bona ex delicto acquiſita, ſecus bona que vi contractus, iuſtitiæ rituli poſſidentur.

IX. Hæc opinio ex iis que dixi, improbrata manet, & communi ſenſui repugnat. Nam leges que bona per limoſiam, & ſenora acquiſita, diſtribuire pauperibus ſtatunt, communi conſuetudine, & conſenſu extenduntur ad omnia bona que dominis carent. Et præter leges ipſa probavimus iure gentium ad pauperum communionem pertinere recentia bona.

X. Quæſt. V. Quibus pauperibus diſtribienda ſint bona incerti domini? Reſp. In pauperum communitate maior, & minor paupertas reperitur. Caritas, que ordinata eſt, pauperioribus primùm omnium ſubſidia conferret. Sed hæc prælatio conſilii eſt, non neceſſitatis, abſolute loquendo. Sat enim eſt quod præſata bona inter vere pauperes diſtribuantur. Illud dumtaxat primo loco advertunt Soto, Tapia, & alii, quod ſi iniuria facta ſit alicui communitati, aut illius parti, ignorenturque domini leſi, tum reſtitutio facienda eſt communitati, ut ab hac modo quoad fieri poteſt, meliori partes læſæ reſarciantur. Quando vero læſum eſt ius particularis perſonæ ignota: tum fat eſt quibuſque pauperibus erogare bona reſtituenda. Quando vero emptores alicuius oppidi, communitatis, & cuiuſque loci læſi fuerint venditionibus, & ignorantur determinatæ perſonæ: tum compenſandi ſunt talis loci emptores, vilius iſdem vendendo.

XI. Tutor vero diſtribuidi præſata bona incerta, eſt conſilium petere ab Epilcopo, vel Parocho, qui ſunt pauperum tutores. Multi iuniores iuggerunt Bullam compoſitionis. Sed caute obſervandum eſt ne fraus, dolique in expoſitione contingat. Videndum, utrum hæc Bulla impetretur proprii commodi gratia, & in præiudicium pauperum, Sinceritate, caritate, & prudentia opus eſt in hac bonorum diſtributione.

XII. Quæſt. VI. Utrum ſolutio facta non creditori tuo, ſed alteri cui tantumdem creditor tuus debet, ſit valida? Reſp. Tu debes Petro centum. Totidem ille debet Paulo fratri tuo. Huic tu debitum ſolvit. Diſputant, ſi ne liber ab ulteriori ſolutione Petro faciendi? Adfirmant Leſſius Lib. II. cap. XVI. dub. 5. Caſtopalaſis diſp. 1. punct. 18. §. 10. Layman Lib. III. tract. 11. cap. 12. Bonacina diſp. 1. q. v. punct. 1. qui citant Molinam, Valentiam, & alios, quibus ſubſcribitur Salmanticensiſ tract. XIII. cap. 1. punct. 11. §. 4. Quoniam, inquit, nullum hæc ſolutio damnatur Petro inferi; cum liber ille evadat a debito ſolvendo Paulo. Porro liberare aliquem a debito ſolvendi centum idem eſt ac totidem illi dare. Idque confirmant hæc paritate. Si ego tibi debeo centum, tu totidem mihi: ego uti compenſatione poſſum, & a ſolutione abſtinere.

XIII. Negat altera ſententia, que magis mihi probatur. Quandoquidem Petrus creditor tuus ius habet exigendi a te ſuum debitum. Paulus vero Petri creditor nullo poſſit iure a te repetendi quidquam. Qua

ergo

ergo ratione pervertere hæc iura valet? Quis te Petri creditoris tui caritatem, procuratoramque conſtituit, ut illius debita ſolvat? Anne a Petro bona illius furripere valeo habito ad leges reſpectu debent. Aliqui legum beneficio prælatione ſonantur; & vocantur creditores privilegiati. Alii neque iure nature, neque legum titulo prælatione gaudent. Alii vocantur creditores perſonales, quia ius tantum in perſonam habent, ſecus in bona, niſi indirecè: quia nulla bona determinata obligata habent. Alii ſunt hypothecarii, qui præter ius in perſonam bona ſibi devincta habent, media hypotheca. Quæ hypotheca duplex eſt. Alia tacita, quæ vi legum adiecta eſt, ut bonis dotabilibus adiecta eſt hypotheca bonorum mariti; & bona eorum qui conducunt abellas, vel tributa, hypotheca ſiſco adiecta ſunt. Quando omnia bona indiscriminatim ſunt obligata, dicitur hypotheca generalis. Quando vero hypotheca ſubſcriptum tantum aliquod ſtabile, puta hæc vinea, illud præterit, dicitur hypotheca ſpecialis. Hypotheca ſpecialis efficacior eſt: quia ſi alioſ emptores, ſemper manet ſubſcriptum primo creditori, cui titulo hypothecæ ius adſcripuit. Bona vero que ſubſcribuntur hypothecæ generali, ſi ad alios tranſeant dominos, evaneſcit hypotheca facta primo creditori.

XIV. Adverſæ ſententiæ argumenta nullo negotio diluuntur. Nego, nullum inferri damnum Petro, dum omittit ſolvere que illi debet, ut eadem ſolvat illius creditori. Nam hæc ſolutio violat ius quod Petrus habet exigendi ſuum creditum. Pervertit iuſtitie ordinem, & ea præſta que iura prohibent. Paritas que obtruditur, vana eſt. Quando debes centum Petro, & totidem ille tibi, ius tibi eſt repetendi a Petro centum: & ideo ſi ille ſolutionem recuſat ſuam, merito tu ſolutionem tuam omittis. At Paulus Petri creditor nullum ius habet repetendi a te centum; neque tu aliquo abſtringeris iure quidquam ei ſolvendi. Pervertis ergo iura omnia, dum, denegata ſolutione debiti faciendi Petro, pro arbitrio eandem tradis Paulo.

CAPUT XIV.

Quis ordo ſervandus in ſolvendis debitis creditoribus; ſeu quoniam bonum præferri aliis debeant.

DE ordine ſervando inter perſonas que reſtituere debent, & compenſare illata mala; ſatis iam dixi ſupra. Nunc ordo explicandus eſt qui ſervari in debitorum ſolutione debet, quando debitor omnibus ſatisfacere nequit. Nam ſi iſ omnibus reddere quod debet, valet, nulla diſputatio eſt. Nemo quippe negat, omnibus creditoribus tum ſatisfaciendum eſſe, nullo ſervato ordine. De hac creditorum prælatione ſeſus eſt qui cum Theologi tractant. Quin Theologi regulas certas, que omnibus deſerviant, præſcribere minime valent; cum diverſæ leges hæc de re pro nationum, & ſtatuum diverſitate occurrant. Quare cauſiſſimi Theologi oportet in conſiliis dandis, dubiſſimæ decidendis.

Conc. Theol. Tom. VII.

II. Diſputatur itaque, quoniam creditores præferendi ſint, quando debitor omnibus ſolvendo non eſt. Et primum aliqui creditores ſunt qui iure nature omnibus præferri, nullo habito ad leges reſpectu debent. Aliqui legum beneficio prælatione ſonantur; & vocantur creditores privilegiati. Alii neque iure nature, neque legum titulo prælatione gaudent. Alii vocantur creditores perſonales, quia ius tantum in perſonam habent, ſecus in bona, niſi indirecè: quia nulla bona determinata obligata habent. Alii ſunt hypothecarii, qui præter ius in perſonam bona ſibi devincta habent, media hypotheca. Quæ hypotheca duplex eſt. Alia tacita, quæ vi legum adiecta eſt, ut bonis dotabilibus adiecta eſt hypotheca bonorum mariti; & bona eorum qui conducunt abellas, vel tributa, hypotheca ſiſco adiecta ſunt. Quando omnia bona indiscriminatim ſunt obligata, dicitur hypotheca generalis. Quando vero hypotheca ſubſcriptum tantum aliquod ſtabile, puta hæc vinea, illud præterit, dicitur hypotheca ſpecialis. Hypotheca ſpecialis efficacior eſt: quia ſi alioſ emptores, ſemper manet ſubſcriptum primo creditori, cui titulo hypothecæ ius adſcripuit. Bona vero que ſubſcribuntur hypothecæ generali, ſi ad alios tranſeant dominos, evaneſcit hypotheca facta primo creditori.

III. Diſputant Theologi primum omnium, utrum leges civiles, & canonicæ, que ordinem ſtatuum ſervandum in creditorum prælatione, obligent in conſcientia. Diana, Marchantius, Macledus, Trullenchus, Serra, probable eſſe contendunt præſatas leges non obligare in conſcientia; nullam tamen rationem adducunt: ſolum aſſerunt, plures eſſe leges mere penales, que id ſtatuant quod eſt conſcientieum paci, & tranquillitati tuende: quæ leges ſervare iudices in tribunalibus debent, ſecus privati. Salmanticensiſ tract. XIII. cap. 1. punct. 12. num. 227. hæc ſcribunt. „ Sed in gratiam eorum qui ſibi debita præoccupant, non ſervato ordine „ iuris, non deſinam hic adnotare, non eſſe „ improbabilem iuſticiam illorum qui obſervant, tales leges in conſcientia non obſervant. „ Salvo officio quod perdoctis viriſſimis profiſſor, hic opiniandi modus ille mihi videatur quem improbat Alexander VII. Quid in gratiam eorum qui debita, reclamantibus legibus, ſibi occupant; opinionem probabiliffimè obtrudatur? Quænam? Non improbabiles. Cur non improbabiles? Quia a nonnullis Caſuiffis propugnatur. Deſendunt & ipſi Salmanticensiſ contrariam, & veram opinionem;

G 3

nem; at vi Probabilissimi, qui ubique scrip-
t, improbabilem non existant quam recensit
opinionem: & ideo in gratiam, non veri-
tatis, sed probabilis, quae cupiditati fa-
vet, illam recordantur his qui praefata ser-
vare leges recusant.

IV. Dico itaque, leges sive civiles, sive
canonicae quae praelationem creditorum sta-
tuunt, obligare in conscientia ante omnem
iudicium sententiam. Nam leges ille omnes
quae spectant publicam humanam societatis pa-
cem, & tranquillitatem, & commerciorum
aequitatem, conscientiam obliungunt. Huc
pertinent praefatae leges. Ergo servandae in
conscientia sunt. Ex hac est communis, &
vera sententia.

V. Quibus constitutis convenit penes omnes,
illos creditores praefendos omnibus iure
naturae, & positivo esse, quorum bona in spe-
cie existant apud debitores, & quorum domi-
nium translatum in istos non est; ut sunt pi-
gnora, deposita, commodata: quia eiusmodi
bona non sunt debitoris, sed creditoris.
Quod verum est, etiam ignoratur domini.
Quare quando constat bona apud debitorem
esse aut commodata, aut oppignorata, aut
deposita, licet domini essent occulti, haec bona
extrahi debent: quoniam inter bona debitoris
non computantur: & reddenda sunt
aut Ecclesiae, aut pauperibus iuxta ea quae su-
pra statuta sunt.

VII. Quæst. I. *Debita certa in propria specie
non extantia, praefenda ne sunt debitis in-
certis?* Resp. Negat prima opinio, alique
servandum esse ordinem, & praelationem,
quando bona debitoris non sufficiunt pro omni-
bus; sed omnia pro rata solvenda esse: quia
non videtur aequitati consentaneum ut ille
qui furtis, & rapinis patrimonium auxit,
solvat debita in integrum illis quibuscumque
contractus inivit, nihil pro his furtis & rapinis
restituendo. Neque lex aliqua reperitur quae
in integrum solvi priora debita certa prescri-
bat, insolentis omnino debitis incertis.

VIII. Altera sententia, quae communior est,
defendit, debita certa incertis praefenda
esse. Incerta dicuntur ea debita quorum do-
mini ignoratur; ceterorum debita certa sunt.
Rationes istius sententiae haec sunt. Restitutio
aufert inaequalitatem, seu iniustitiam proxi-
mo illatam. Sed si non solvantur debita certa
in integrum, non aufertur iniustitia determi-
natae personae irrogata. Contra, dum
non solvantur debita incerta, nulli determi-
natae personae fit iniustitia. Quandoquidem
creditorum certi ius, ex iustitia commu-
nativa ortum, habent ad bona debitoris. Pau-

peres vero tale ius non habent in bona in-
certa debitoris: quapropter in iudicio repen-
dendi eiusmodi bona actionem non habent.
Sed creditor cui ex iustitia commutativa ali-
quid debetur, praefendus est ei qui tali iure
non potuit.

VIII. Quamam ex his duabus opinionibus
praefenda sit, vix teneo. Quod creditor iu-
sti debeat ex bonis, furtis, impostis rapinisque
sublati, tutum in conscientia non videtur,
fac bona debitoris quae supersunt, utris,
furtive parte esse maiori ex parte, idque
certo constare. Ut debita certa in integrum
solvantur, praefata bona, turpi quaestio-
nata, ingredi solutionem debent. Quis vero
Christianorum qui sincero suae aeternae fa-
luti amore flagret, vellet in solutionem sui
debiti talia recipere bona? E contrario pau-
perum communitas succedit naturae iure in
bonis incertis, ut supra dixi. Porro an suc-
cedat in hoc casu, quando scilicet solvenda
sunt debita certa, non videtur adeo imperi-
um. Maxime quod pauperes actionem in iudicio
non habent, sicuti creditores certi.
Utriusque ergo aqua haurit. Neque quid tur-
tius sit, video. Ex una parte securus videtur
favere pauperibus; ex altera tutus apparet
praefere eos qui iura certa possident.
Quapropter sapientium iudicio, quid definitum
sit, relinquo. Ego creditoribus certis
consulerem ut ipsi litem dirimerent accepto
pauperes in societatem solutionis, ut
docet prima sententia; sed tanta mihi evi-
dencia rationum non est, ut eisdem ad id ur-
gere debeam. Quod? Sic suspensus relinquit
lectores tuos? Theologi minus est definire
praefere quid agendum, aut omittendum sit.
Et ego repono, Theologi christiani esse ea
quae ignorat, indefinita relinquere. Probabi-
lissima, qui pondera probabilistica habent, qui-
bus utrique opinioni opposita gradum tribu-
ant honestatis, similia definire probabiliter
valent.

IX. Quæst. II. *An creditoribus privilegia-
tis praeferi debeat venditor rei, dum res in
specie extat apud debitorem?* Resp. Excipiunt
communiter Auctores bona Ecclesiae, mino-
rum, & filii, quorum dominium non trans-
fertur in emptorem, usque dum pretium sol-
vatur res ipsa non sit. Quæstio itaque est de
aliis creditoribus qui merces vendunt empori-
o, eique pretium credunt: num videbitur
illi, quando merces venditor extant in spe-
cie, pretio non soluto, debeat omnibus aliis
creditoribus, etiam privilegiatis, paria hypo-
thecariis, praeferi? Negat prima senten-
tia: quia in contractu venditionis, consensa

ta merce emptori, & pretio ei credito, do-
minium omnino transfertur in emptorem.
Idque patet: quia si emptor solvere pretium
vellet, venditor actionem repetendi merces
venditum non habet; sed solum ius retinet
exigendi pretium. Ergo merces licet in spe-
cie extant, sunt cum aliis etiam debitoris
bonis confundendum, & omnibus credito-
ribus pro rata latius faciendum.

X. Altera opinio adfirmit; eiusmodi cre-
ditores praefendos esse: quia licet domini-
um translatum sit (quod aliqui tamen ne-
gant) pretio non soluto; nihilominus merces
quae extant in specie, manent, longque
velari hypothecae pretii solvendi. Quare si
pretium non solvatur, est ipsi contractui ve-
lari infra conditio, ut emptore pretium non
solvente redeant merces in manus vendito-
rum: idque aequitati naturali videtur magis
consentaneum, ut dum res venditoris exi-
stunt in propria specie, non applicetur aliis ex-
traneis, ipso domino, seu venditore in vivo.
Hæc opinio communior est, & fori etiam ex-
tremi illi videtur conformior.

XI. Quæst. III. *Qualis ordo servandus est
inter debita aut ex contractu oneroso, & gra-
tuito, aut ex contractu, & ex delicto?* Resp.
Debita ex contractu oneroso, minimum ex
venditione, permutatione, locatione &c. praef-
ferri omnino debent debitis ex liberali pro-
missione etiam accepta, ex legato, testa-
mento &c. Idque verum habet, etiam si de-
bitum contractum sit ob promissionem dotis
solvenda filio, legati donandi Ecclesiae,
pauperibus &c. Quoniam Deus sacrificia ex
rapinis oblata non acceptat. Idque declara-
tum est ff. de re iudicata, l. inter eos §. Is
quoque, ubi hæc habentur: *Qui ex causa do-
nationis convenitur, quantum facere potest,
condemnatur: & quidem is solus deducto ere
alieno.* Inter æ alienum computantur debita
ex contractu oneroso. Quare aliena pro-
mittitur qui solvendo debita sua non est. Sen-
tentia communis est.

XII. Disputant vero Auctores, num debita
ex delicto, praeferi debeant debitis ex
contractu oneroso? Prior opinio docet; praef-
renda esse debita ex delicto, quando in
contractu non sunt adfecta hypothecae, vel
non existat res in sua specie: quia debita ex
delicto duo secum opera dederunt, nempe ini-
uriarum irrogatarum domino, & iniustitiam con-
tra æqualitatem. Qui vero ex iusto contra-
ctu debet, æqualitatem dumtaxat reparare
tenetur. Quare prius que ex rapina quam
que ex furto, & prius que ex furto quam
que ex licito & honesto contractu debeantur

tur, solvenda sunt. Altera opinio, directe
huic opposita, contendit, prius esse solvenda
quæ ex contractu quam quæ ex delicto
debentur. Tertia sententia defendit, nul-
lum esse in eiusmodi servandum ordinem,
sed omnibus pro rata solvendum: quoniam
nulla lex aliquam praelationem constituit in-
ter eiusmodi creditores. Aliunde iure natu-
re hæc praelatio non apparet. Salustianus
leges tract. xiiii. cap. i. punct. 12. §. i. num.
234. referunt hæc sententias; amittunt
omnes esse probabiles, & tutas in praxi.
Verum cum una sola vera sit, nescio quom-
modo tuta omnes esse queant. Sperandum
est, eum qui fallam eligit fide bona, excusa-
andum a culpa esse. Ceterum securitatem
ego nec mihi, nec aliis impendo; sed in quolibet
opinionum conflictu, quando veritas non
est prodit, anceps paveo, & contremisco,
& lecuria laudo. Sed non raro, ut hic
contingit, quid sit tutius, deprehendi vix po-
est. Si quid iple licet, exprimere in re valde
implexa, fœdit, dicere, pro conscientia
fore videndum esse quæ debita prius contra-
cta sint, sive ex delicto, sive ex contractu:
& quando certo constare debita ex delicto,
aut contra debita ex contractu a debitore
prius contracta fuisse, dicere, quæ prius
contracta sunt, esse solvenda. Ratio est:
quia dum debitor priora debita contraxit,
erat, ut supponitur, solvendo; & creditor
iure certum, ac legitimum in bona debitoris
habebat. Porro hoc ius certum, & legitimum
ladi nequit per debita posteriora: quia
dum hæc contrahuntur, debitor non habet
unde solvat; cum omnia iuxta bona obligata
sint anterioribus creditoribus. Et hoc mihi
videtur certum. Si autem id non constaret,
sed incertum esset quæ prius, quæ posteriora
contracta fuerint; tum dicerem, omnes cre-
ditores forti obnoxios æqualiter esse, & ex
bonis debitoris omnibus pro rata solutionem
faciendam. Hoc mihi videtur probabilis.
Idque magis constabit ex dicendis.

XIII. Quæst. IV. *Quomodo creditores hypo-
thecariis praefendi aliis sint?* Resp. Hypothe-
ca præbet ius in bona quæ eidem subiciuntur.
Quare creditores quibus bona debitoris
designata sub hypotheca, sive specialis & ex-
pressæ, sive tacitæ & generalis, sunt, præfer-
ri aliis creditoribus personalibus, etiam privi-
legiatis, debere asserunt omnes; quia cre-
ditores hypothecarii non in personam modo,
verum etiam in bona hypothecata ius habent.
Ceteri vero creditores simplices ius
dumtaxat habent in personam. Ergo illi
illis anteposendi sunt. Inter creditores vero

hypothecarios qui habent hypothecam five preterendi, five generalem, nulla datur prelatio, nisi sit privilegium quod aliquos excipiat; sed inter eos illa iuris regula servanda est, *Qui prior est tempore, potior est iure.* Idque verum afferunt communiter omnes, tum comparata hypotheca expressa priori cum expressa posteriori, tum expressa priori cum tacita posteriori, tum generali cum speciali. In his omnibus valet praefata iuris regula: quae etiam confirmat ea quae numero precedenti dicta sunt. Quoniam cum constat debitori prius esse contractam, iure naturae bona debitoris gravata, & ut ita dicam, hypotheca debitoris remanent pro debiti solutione.

XIV. A dicta regula excipiunt hypothecae privilegiatae, quae tamen tempore licet posteriores, aliis non privilegiatis praeferi continentur. Verum quando aliqua bona expressa hypotheca gravata sunt, per posterorem hypothecam gravari nequeunt. Quare neque per supervenientem hypothecam dotalem infringi potest prior hypotheca expressa. Auctoritas quae ex Cod. *Qui potiores, l. Assiduis*, opponitur, solum infert hypothecam dotalem praefendam esse hypothecam generalem, & tacitam, secus expressam, & peculiarem. Neque enim pretium ullo modo potest, leges ea precipere quae expresse pugnant cum naturae iure. Porro quoties bona semel sunt hypotheca expressa, & speciali gravata, sunt veluti alienata. Bona aliena nulla lege valent in dotem assignari. Privilegium igitur legis solum praefationem dare potest, quando nulla mariti bona sunt peculiari expressa hypotheca obligata. Si tamen bona dotalia de specie existerent, tum uxores, earumque descendentes praeferi omnibus creditoribus, etiam hypothecis expressis, & specialibus, deberent. Haec eadem doctrina valet respectu fidei. Debentes quippe fidei obligant omnia bona sua cum privilegio praefationis respectu omnium creditorum antecedentium qui hypotheca expressa & peculiari non gaudent. Eadem enim fidei, & dotis privilegia sunt. Quare cum super bonis fidei, & dotis literis excitantur, valet iuris regula, *Qui prior est tempore, potior est iure.*

XV. Quis pecunias conferunt expendendas in domus aedificis, in colendo agro, in redimendo, aut emendo stabili, quae bona hypotheca gravantur in securitatem creditorum qui expresse postularunt haec bona sibi obligari, praeferendi sunt creditoribus anterioribus habentibus hypothecam tantum generalem. Immo qui pecunias conferunt ad conservanda bona, vel ad eadem instauranda,

expressa & speciali hypotheca gravata, praeferendi sunt creditoribus anterioribus ius habentibus in eiusmodi bona vel dicta specialia, & expresse hypothecae; nisi trans deprehendatur: quia eiusmodi expensis sunt in commodum creditoris hypothecarii. Perissent quippe bona hypothecata, nisi instaurata, aut praeservata fuissent. Plures aliae quaestiones moveri solent super praefatione inter creditores fidei, dotisque, & creditores quos nunc recensui. Verum lites eiusmodi a diversa fori praxi & consuetudine, & a variis legibus municipalibus pendent. Ideo nihil certi statui potest. Praefertur etiam Auditorum communiter creditores qui pecunias expendunt militie sustentanda causa, omnibus aliis creditoribus anterioribus. Item hypothecae publicae scriptura stipulata, praefertur hypothecae privatae scripturae, quod in privata fraus praesumatur. Ceterum si ius naturae spectetur, caroque consistet nullam intervenisse fraudem, tunc nulla facienda praefatio est. In foro tamen exteriori communitur instrumentum publicum praefertur privatae scripturae. Tandem quando pecunia papilli expenditur in emptione alicuius stabili, praedit, domulive, praeferi solet cuiuscumque hypothecae generalis tacitae vel expressae, nisi oblit aliquod privilegium speciale, ut est illud favens creditoribus qui militie causa pecuniam conferunt.

XVI. Quae. V. *Quenam praefatio sit inter creditores privilegiatos simplices, seu personales?* Resp. Post creditores hypothecarios qui actionem habent in bona debitoris, nedum in personam, succedunt creditores simplices, seu personales qui delictum omni hypotheca generali, five speciali, actionem habent tantum in personam, ideoque personales nuncupantur. Inter istos praefertur illi qui funerum causa expendunt, *ff. de relig. et sumpt. funer. l. penult. et ff. de alien. lib. l. finemur nomine expensis* videntur in ius in infirmitate curanda, nempe in medicinis dandis, in medicis, & chirurgis solvendis. Debita hac causa contracta praeferi omnibus debent. Sponsa tradens dotem ante matrimonium, matrimonio non securo, contrahit creditum privilegium praefendum aliis creditoribus personalibus, qui non habent tacitam, aut expressam hypothecam. Creditum enim dotis non fit hypothecarium, nisi post contractum matrimonium. Qui deponit pecunias apud publicum depositarium, vel nummularium, ultra non percepta, praefertur omnibus creditoribus personalibus eiusdem publici depositarii, *ff. de privilegiis et ad.*

dit. l. Si ventris secus autem, si usuram perciperet: quia tunc non deponens, sed mutans est. Si Princeps sit creditor, vel Religiosa, praefertur creditoribus non hypothecariis. Inter creditores vero privilegiatos ille praefendus est qui potiori causa fruatur.

XVII. Quae. VI. *Qualis ordo servandus inter creditores simplices non privilegiatos?* Resp. Praefatio inter eiusmodi creditores ad iuris naturae regulas revocanda est; cum nihil ius positivum expresse statuerit. Duae sententiae directe oppositae sunt. Una mittendam esse praefationem inter hos creditores non privilegiatos; sed partienda esse debitoris bona, & omnibus pro rata temporis esse solvendum. Quoniam sola debitoris persona obligata est, secus bona, his creditoribus. Sed persona eadem est, & quantum deviciat priori creditore, potest alteram subire obligationem.

XVIII. Altera sententia defendit, inter hos creditores illum praefendum esse qui prior est tempore. Quandoquidem qui prioris sunt, ius acquirit in debitorem, quod per posterius intrinseci, aut attenuari minime valet. Et quamquam hoc prius ius personam ipsam immediate spectet, tamen ad ipsa bona indirecte extenditur. Neque persona ipsa in servitutem venditur; sed obligat ille debitor ad solvendum mediis bonis suis. Quod confirmatur ex iuris regula allata, *Qui prior est tempore, potior est iure.* Quae licet expresse lata sit pro creditoribus qui hypothecariis, quia litis conditio tunc ita postulat; tamen principia quibus mixta est, aequae concluduntur respectu omnium creditorum, nisi privilegia obitent. Et haec sententia probabilior est. Probabilior de more utramque probabilem iudicant. Nos eam solum probabilem putamus quae probabilior est in conspectu minus probabilis.

XIX. Quae. VII. *Inter eiusmodi debitores personales praefendus ne pauper est?* Resp. Inter hos creditores alii divites, alii pauperes sunt. Sermo non est de paupere extremo, aut graviter indigente, cui tam debitor, quam creditor debeat ex caritate succurrere. Sermo itaque est de creditore indigente, qui ex privatione integri crediti damnatum grave patitur; cum divites creditoribus vix lentiant incommodum ex crediti diminutione. Prior sententia adfirmat: quia restituito eo tendit ut damnum evitet. Porro pauperes creditores damnum grave patiuntur ex crediti diminutione. Ergo isti etiam praeferendi videntur. Sententia alte-

re negat hanc praefationem: quia nec a lege politiva, nec a lege naturae colligi valet. Nulla lana lege politiva tribuit creditore praefationem; iure autem natura praefato, in iis quae ad iustitiam commutantem pertinent, omnes sunt aequales; & perperam allegatur aut paupertas, aut opulentia, ut quae iuris naturae iure, immutentur. Extranea profus haec iustitia sunt. Alimunde pauperibus succurrendum est. Iste itaque iustitiae, id spectandum quod prior tempore sit potior iure, nullo habito iure ad pauperem, live ad divitem respectu. Et haec secunda sententia mihi est probabilior, id est iusta vera. Consulit dumtaxat potest, ut creditores divites simant, si velint, pauperes praeferi; cogit nuda sententia nequaquam possunt; nec ipsi incisis liberum est debitoribus pauperes praefere.

XX. Quae. VIII. *Potest ne debitor nisi ex creditoribus solvere integrum debitum, si impotens hinc evadat solvendo cetera debita?* Resp. Plura sunt iura quae favent primis petitoribus. Qui primum in iudicio peti creditum suum, obtinere sententiam in sui favorem, dubio procul hinc praefendus est; ut statuitur ff. de possess. l. Si hominum s. Quoties. Quod si alii creditores, antequam executioni demandetur prior sententia, ipsi & sententiam, & executionem opere compliant, illi praefandi priori sunt; nisi aliter iura praescribant. Varia quippe ad hoc quod attinet, iura sunt. Quare quicquid proprie patris leges spectare debet. Illud autem in disputationem vocant Auctores, non quando debitor sponte solvit nisi creditorum non petenti integrum debitum cum praedicatione aliorum, valet creditor ite tuta conscientia retinere hanc solutionem, quin partem restituat creditoribus praedictis? Quod debitor id praestando peccat, quod, si ad meliorem allurgeret sortem, compensare praedictos teneretur, certum est.

XXI. Adfirmant plures factum tenere, & creditorem tuta retinere conscientia posse integrum solum pretium. Quandoquidem, iniquum, bona soluta non sunt alii creditoribus hypothecata, ut supponitur. Creditor ite alia ex parte id tantum recipit quod sibi debetur. Non est ergo unde onus restitutionis inferatur. Et hinc opinionio favore leges inferatur, quae declarant solummodo tenere. Hanc opinionem defendunt Lessius, Diaconillus, Machadus, Villalobusius, Diana qui monet Confessarios ut istius benignae doctrinae recordentur, quae a sarupis & per-

perplexitatis liberare suos penitentes valeant. Quia, inquit, fieri vix potest ut creditores posteriores, habentes in manibus solum pretium, illud solvant creditoribus anterioribus. Hanc opinionem referunt Salmanticensis tract. xlii. cap. 1. punct. 12. num. 250. nec eam resellunt. Sed quique deprehendit, quam sit ab evangelica simplicitate hic operandi modus alienus. Difficile creditores restitutum solum pretium? Eito. Ideo nec relaxanda iustitie iura?

XXIII. Opposita sententia probabilior est, & unice amplectenda, nempe dum creditores aequale ius habent in bona debitoris, eum teneri ad restitutionem qui integram crediti solutionem recipit cum aliorum damno. Si quidem nulla lex positiva declarat validam hanc solutionem. Quandoquidem, cum iure nature omnes creditores sint aequales in iure exigendi, necessario consequitur ut sint quoque aequales in solutione; & ut pro rata singulari solvantur quod ex bonis debitoris singulari competit. Neque iura creditorum a debitoris arbitrio pendunt, ita ut is queat unum alteri preferre. Hæc mihi certa videtur; & hanc opinionem fulcunt graviores Theologi, eamque ut probabiliorē propagant Salmanticensis loc. cit.

XXIII. Quæst. IX. Possit ne debitor admonere antiquum creditorem, ut prior petat, eique integram debitum solvere cum aliorum detrimento? Resp. Afferunt P. La-Croix Lib. III. part. II. num. 403. his verbis: Secundum sententiam probabilē, quod prior petens preterferendus sit, poterit debitor admonere creditorem sibi amicum, quod ipsi prius petenti possit prius solvere; & sic procul dubio alteri monetur ut petat. Quin addit ex Lago, quod si dedit non petenti, possit repetere, & tum reddere petenti. Fraudibus, & dolis hæc mihi plena videtur. Et reipia dolent creditores hæc frequenter contingere in mercatoribus decodis. Amicis, & patronis, a quibus futura subsidia sperant, integra debita solvant cum gravissimo detrimento aliorum creditorum, qui sepe sunt anteriores. Opus haud est ut multis retellam doctrinam hanc: seipsam corruit, & manifeste fraudis vitium prodit. Quare sepe inculco caute legendum esse P. La-Croix.

XXIV. Quoties morum oppositum illi quod ex P. Diana indicavi supra, Confessariis exhibeo. Imbutant hi suos penitentes, ut christiana simplicitate, & sinceritate sese gerant in his peragendis negotiis, ne post amissa terrena bona, æterna lubre tormenta cogantur. Sint illi & æqui etiam

omnes creditores, quocumque humano respectu abiciso. Fixum memoria habeant, in iustitie peccata remitti non posse, nisi restituatur ablatum. Quid, si peccent in ipsi præpollera restitutione? Ex his que dicta sunt, colligant, nihil recipi posse live testamenti, five donationis titulo ab usurario, aut a quocumque donatore qui non est solvendo. Filii debitoris peccant, si in creditorum fraudem ambitionem, aut luxum foveant, si propria industria sustentari valeant, idque præstare recusent, bona parentis debitoris commedendo cum detrimento creditorum. Idemque dicendum de uxoris, si plus æquo insulant de bonis mariti in damnum creditorum; immo ad restitutionem tenentur. Peccat quoque debitor, si donationem, hereditatem, aut legatum recuset, quo possit sua debita solvere creditoribus. Quam omni via possibili satagere debitor alstringitur ut exequi debitorum solutionem valeat.

CAPUT XV.

Quenam sint causæ ob quas omitti, aut differri restitutio licite possit.

I. Pures sunt causæ ob quas aut omitti, aut differri restitutio licite valet. Prima est impotentia, inquit S. Thomas 2. 2. quæst. lxxi. art. 8. ad 2. Quando aliquis non potest statim restituere, ipsa impotentia absolvit ab instanti restitutione faciendâ; sic ut etiam totaliter a restitutione absolvitur, si omnino sit impotens. Hanc eandem doctrinam prius tradiderat S. Augustinus epist. lxxv. ad Macedon. Plurimque enim qui austeri, amittit, five alios patiendo malos, five ipse male vivendo, nec aliud habens unde restituat. Hæc certe non possunt dici,æ Reus quod absolvitur; nisi eum eum habere credimus, & negare.

II. Impotentia exculans a restitutione fitim faciendâ duplex. Altera est physica, de qua nulla disputatio: ad impossibile enim nemo tenetur. Altera moralis, que gravissimam, aut gravem difficultatem pecuniariam includit. At initio advertas velim, difficultatem cuique restitutioni institam veluti esse ob hominum cupiditatem, & avaritiam, ad quam sperandam difficile inducitur. Hæc difficultas nullo modo excusat a restitutione faciendâ. Nomine ergo difficultatis que moralem impotentiam constituit, intelligitur aut extrema egestas, aut notabile graveque malum, quod ipsius restitutionis causa subeundum debitori esset. Ut plures

resolvere casus valeas, transcribere hæc interese que docet S. Antonius II. Part. tit. II. cap. viii. Quodam circa istam materiam dicant, & meo iudicio satis rationabiliter, quod in certis casibus non tenetur quis ad statim restituendum actualiter, etiam si habeat modum aliquem restituendi, & ab eo cui tenetur, invenire non possit nec remissionem, nec dilationem, sed subitam velit sibi fieri restitutionem: quando videlicet ea restituendo statim sequeretur evidens vel probabile damnum spirituale, vel temporale notabile ipsius restituents, vel aliorum, quod præponderaret damno eius ius qui debet habere ex carentia ipsius rei.

Potest autem tale damnum esse triplex, scilicet periculum mortis, infamia gravis, seu scandalum notabile, & periculum probabile mortalis culpe. Ratio huius, quod scilicet talis restitutio possit differri, est, quia secundum Scotum creditor, id est qui debet habere, magis debet velle in huiusmodi casibus ut maximum incommodum, seu damnum eius qui debet restituere, evitetur in modica restitutionis dilatione, quam suum incommodum modicum, vel damnum ex carentia ad tempus sue rei.

Et si obiciatur, quod restituere est actus negativus præcepti: quia reducitur, seu explicatur per hoc quod est non retinere alienum; sed præceptum negativum obligat semper: respondetur secundum Scotum, quod alienum inutile, & invito domino retinere simpliciter prohibetur; & ideo semper, & pro tempore necesse est saluti alienum non retinere. Sed quando quis habet propositum, & voluntatem restituendi alienum pro tempore opportuno, ex tunc retinet, domino rei volente, id est velle debente. Vult autem hoc dominus rei, est non actu elicto, tamen actu debitor, & honesto: quia debet velle quod qui suum habet, retineat; quoniam poterit opportuno restituere.

Et si dicat: Dominus rei hoc agit invite, & quia non vult quod per quantumcumque tempus suum retineatur: dicendum secundum Scotum, quod domino inordinate volente statim rehabere suum, & per consequens contra rectam rationem nolente proximum retinere suum, tunc tenens non est retentor iniustus. Nam & depositum debet redditione strictissima, cum repetitur, reddi, ut Cod. Deposit. lege finali; & tamen, invito domino voluntate inordinata, cum repetitur, ut cum

eo malum faciat sibi, vel alteri, potest retineri: & Augustinus dicit, quod multa bona sunt præstantia invitæ, dum eorum potius utilitati quam voluntati consentitur.

III. Collige ergo primo, debitorem posse differre restitutionem, quando imminet periculum gravis damni; puta, si creditor abutens re sua esset in damnum boni communis, vel proximi; si debitor ipse grave detrimentum subiret statim restituendo; creditor vero parum aut nihil incommodi pateretur. Ratio eruitur ex eiusdem restitutionis natura. Hæc enim ad servandam æqualitatem inter partes ordinata est. Non esset autem æqualitas, quando debitor cum tanto ditandio restituere creditori deberet, si hic vix incommodum sentit propter dilationem. Nec est quod opponas, numquam licitum esse rem invito domino retinere: quia, ut dixit S. Antonius, irrationabiliter invito domino esset.

IV. Colliges secundo, non urgere præceptum restitutionis, quando eam præstando prudenter timeres grave periculum spirituale; puta, si inde provideres furta committenda, vel alias iniustitias, & damna, videlicet si nec te, nec uxorem, nec filios, filiaque alienæ posses; si uxoris, aut filiorum pudicitia prostituenda foret ob necessitatem acquirendi victum, & vestrum.

V. Non teneris vendere agrum, ut illico solvas debitum; nec artifex instrumenta artis sue, quibus laborando ad victum necessaria acquirit. Debet tamen artem exercere, ut debita solvere queat. Nobilis non tenetur artem manariam, siuque statui incongruam exercere, nec statum suum omnino mutare, ut debita solvat; tenetur tamen minuire famulos, mensam, vestitum, pompas uxorum, sitorumque restringere, & ad mediocrem statum se reducere, ut debita solvat. Si statum iniuste acquisivisti, nempe usuris, furis, rapinis, oppressionibus, aliisque illicitis viis, deponere eum debet, & ad pristinum descendere conditionem, ut debita solvat, aut ut mala illata compenlet; immo illi, & heredibus istorum ab hoc statu, ad quem iniustitias, furis, usuris evecti sunt, sponte se abdicare debent ut aliena restituant. Nec enim minor iniustitia est aliena retinere quam eadem usurpare.

VI. Colliges tertio, quando creditor, nisi recipiat, æquale damnum patitur ac debitor, si restituat, tum restitutionem faciendam esse: quia in pari causa innocens præferendus est. Si vero gravi necessitate prematur debitor,

tor, scelus creditor, tum differri restitutum potest: quia caritatis lege obstringitur creditor in hanc consentire dilationem. In extrema autem necessitate omnia sunt communia quantum ad usum. Et si uterque tam creditor, quam debitor hac premeretur penuria, conditio possidentis prevalere debet, ut ego quidem sentio.

VII. P. Catriopolanus *disp. 1. punct. 17. §. 1. num. 4.* non modo restitutionem differri licite posse contendit in gravi necessitate, sed etiam surripit aliena: quam opinionem defendunt ut probabilem *Bonacina, & Trullenchus*; sed eam proscriptit Romana Sedes, ut alibi offendi. Aperit quippe viam hac doctrina iniuriis, lurtis, & rapinis. Si vero ambo creditor, & debitor eadem gravi necessitate laborent, anteferendus creditor est. Quamquam vix occurrat in utriusque idem necessitatis gradus. Quare in praxi communiter praeferendus creditor est.

VIII. Colliges quarto, quod quamvis ad evitandum grave malum liceat differre restitutionem, dilatio tamen licita non est ad comparandum lucrum, potissimum si creditor ex dilatione dampnum patiatur. Spes lucranda frequenter debitores decipit. Hac hallucinatione illi debitorum solutionem differunt, ut & sibi providere valeant, & debita solvere abique incommodo. Et frequentissime nec debita solvunt, nec lucra comparant: aut si lucra assequuntur, tum avaritie praesigis insatiati tenaciores sunt, & inhumani, & solutionem longius differunt. Spectanda tamen semper circumstantiae sunt: nam saepe debitor reipso congrua restitutionis dilatione & sibi, & creditoribus providere potest: & si tam creditor, quam debitor sincere agerent, & christiana caritate arderent, ambobus res bene cederet.

IX. Colliges quinto, maxima cautione opus esse cum debitoribus. Quoniam homines proni sunt ad retinendum aliena. Idcirco S. Antoninus *loc. cit.* admonet Condonatores, ne ex alto praedictam licitam restitutionis dilationem, tamen in aliquo casu iusta sit ob peculiarium circumstantiam. *Hec non esse praedicandam*, inquit, *ne pariter via detentio- ni alienorum, ad quod nimis persone sunt inclinatae; sed cum magna discretione in confessione, & consiliis tractanda, & cum multis circumstantiis considerando quae honestat factum.*

X. Colliges ultimo, debitorem ex delicto teneri, praeter debiti restitutionem, ad compensationem lucri cessantis, damnique emergentis; debitorem vero ex contractu, qui ob

injustam causam solutionem differit, liberam esse ab hoc onere. At si hic in mora solvendi fuisset culpa sua, tum & ipse dampnum emergens, ac lucrum cessans compensare astringeretur.

XI. Aliae praeter impotentiam occurrunt causae a restitutione exculantes: quarum princeps est libera creditoris condonatio: quae polita, ablata est omnis inaequalitas, & nihil retinetur invito domino. Tum autem libera, & valida reputatur condonatio, quando non minis, dolis, aut fraude extorta est; led ab eo qui potestatem remittentis debiti habet, sponte procedit. Requiritur etiam ad istius condonationis valorem, ut non sit per ius positivum prohibita; quemadmodum sunt condonationes facta a pupillo, a furioso. Et Tridentinum Concilium irritat condonationes distributionem factas Canonice qui non interstunt divinis officis; sicut irritat remissionem omnium eorum quae Episcopus visitantibus Ecclesiis datur praeter sumptus necessarios. Quia tenentur Episcopi duplam eius quod receperunt hoc titulo, intra mensem reddere lub interditi poena ab ingressu in Ecclesiam, ipso facto lubeunda; ut statuitur *cap. Exigit de censibus, & exactionibus*. Condonatio quoque facta ab ebrio, aut metu gravi, aut importunis precibus obtenta, nulla est. Donatio enim omnino libera sit necessum est, ut valida dicatur. Quare si debitor dolo, fraudeve inducat creditorem, ut sibi debiti partem remittat, cum aliquo solvere reipso totum posset, nulla est remissio: quia saepe creditor partem remittit, ne torum perdat. Contra si abique culpa, & fraude debitoris creditor, eiusdem videns indignitatem, remittat partem debiti, tum valida condonatio est.

XII. Mercatores illi decochi, alique debitores qui publico se subducunt commercio, in Ecclesiam, aliaque astra se recipiunt, ut rem transigant cum creditoribus, si fraude, aut dolo id peragant, latrocinii, & rapinarum fontes sunt: & quamvis creditores in transactionem, seu compositionem assentiantur, consensus ille coactus est, ne totum amittatur: idcirco ad restitutionem, si solvendo sunt, decoctores illi tenentur.

XIII. Non semper requiritur ut voluntas creditoris condonantis debitum, aut confessionem in dilationem, sit expressa; sed interdum fat est praesumpta. Sic non raro praesumitur voluntas patris condonantis si filius restitutionem eorum quae secreto abutulerant. Domini quoque praesumuntur saepe

con-

consentientes, dum famuli, & domestici aliqua estolentia, & poculenta surripiunt, in condonationem restitutionis. Circumstantiae tamen expendi debent.

XIV. Quando creditor cui plures debitorum ob iniultum laesione restitueret tenetur, uni eorum remittit debitum, non propterea liberi alii sunt a restitutione; nisi debitor ille fuerit causa princeps, ut mandans, consulens, dirigens latrocinium, aut dampnum illatum. Huius enim condonato debito, ceteri liberi sunt: quia solum tenentur in istius defectum. Si vero plures fuerint aequae principales, aut aequae secundarii; condonatio uni facta non extenditur ad alios.

XV. Quael. I. *Astringitur ne debitor bona inferioris ordinis restituere cum detrimento bonorum ordinis superioris.* Resp. Bonorum alia spiritualia alia temporalia. Responsum in triplicem ordinem tribuuntur. Alia inferiori, alia mediana, alia supremum locum obtinent. Res familiares, seu venditionis, & emptionis subiecta, infimum; honor, & fama medium; virginitas, membra corporis humani, vita, libertas supremum gradum habere censentur. Aliqui vitae praesentis honorem, & famam. Communis sententia docet, restitutionem bonorum inferioris ordinis differri, aut praetermitti posse, quando abique gravi iactura bonorum ordinis superioris fieri nequeat. Haec sententia nititur huic evangelicae doctrinae: *Quaecumque vultis ut faciant vobis homines, eadem & vos facite illis*. Porro nemo vellet ad restitutionem rei familiaris infimi ordinis cogi cum detrimento gravi propriae sanae, honoris, vitae, multationis membrorum, aut salutaris fortunae animae. Ergo censendi creditores sunt consentientes in omissionem, vel dilationem eiusdem restitutionis, quando peragi ea nequeat nisi cum iactura bonorum ordinis superioris. Et si creditores reculerent consentire, irrationabiliter, tum lege evangelica, tum naturaliter repugnante, inviti essent. Si tamen leviter esset honoris laesio, fieri restitutio deberet. Quare sur diffamatus ob alia furta, reddere aliud furum debet, etiam cum aliqua nova fama iactura: quia hac fama laesio in fore exigua foret. Occurrere aliae circumstantiae possunt in quibus debitor debeat cum detrimento proprii honoris aliena restituere: puta, si creditor ob omissionem ingentis summae sibi debita a proprio statu cadere cogere, aliamve infamiam subire; tum debitor alringeretur cum iactura proprii honoris solvere debitum: quia in pari casu creditor praefereendus est debitori.

XVI. Neque hic sequitur, generatores, oppressores, raptoreque ad altiore statum evehctos, a restitutione liberos esse, & a dimittendo altiore statu. Nam vel notum mundo est, statum illum comparatum fuisse fortis, uluris, iniultuque oppressionibus, aut non. Si primum, nihil honoris amittunt, cum sint publice diffamati; sed acquiritur potius verum honorem, cum proximo virtutis, & iustitiae exempla heroica, & digna christiano viro perhibeat. Si secundum, restitutio fieri per Confessarium potest, si dampnum alicui privatae persone irrogatum fuerit; si vero damna illata sint personis incertis, tum piis locis relicto bona possunt. Quot Christiani pietate, & caritate infliges integrum patrimonium in pia opera erogant, non iniustitia, sed misericordia, & divino amore impellente? Accedit quod restitutio fieri per partes, & paulatim possit, ut admiratio, & cuiusque mali suspicio evitetur. Ne multa: innumerae vix patent restitendi abique fama laesione, quando sinceram, & fervens ardeat aeternae iustitiae affectuque desiderium.

XVII. Nemo ne tenetur vendere in seruum, ut bona aliena restituat, quemadmodum inquit communiter Auctores. Christus Dominus tamen *Matth. xviii.* ad servitum damnavit debitorem qui non habebat unde redderet: nam iussit eum dominus eius vendendi, & uxorem eius, & filios, & omnia quae habebat. Quae sententia ostendit quam gravis sit reparande iniustitiae obligatio. Ceterum in praxi vix unquam occurrit ut media servitute possit quis ingentem summam solvere. Nec creditores aequi, & vere christiani consentiunt, debitores mancipia evadere, ut propria debita solvant. Ad carceres interdum damnantur, instantibus creditoribus, ob bonum publicum, ut nempse ceteri homines a contralendis debitis quae solvere nequeant, abintineant, & ut delicta impunita non maneant. Quid delicta quae adulterio filium concepit cum ingentis alicuius filiorum detrimento in hereditate capienda? Tenetur ne se prode, ut iniustitiam filius irrogandam evitet? Negant communiter Auctores: idque colligunt ex *cap. Officii de penitentibus, & venisitionibus*. Certum est uxorem hanc, si habeat bona dotaria, aut dimissoria libera, tenere ad comparandos filios praedictos. Cum gravi autem vitae, vel fama periculo absolute loquendo, non videtur se debere prode. Nullam tamen non movere lapidem debet, nullamque intentatam relinquere viam;

ut

ut damna legitime prolis evitentur. Sed aliis difficultatem hanc leveris expendam.

XVIII. Quæst. II. *Quæ præstare debet qui are alieno gravatus ingreditur Religionem?* Resp. Primum convenit penes omnes, cum qui deliberat Religionis ingressum, debere omnia sua debita, cum possit, solvere. Et si domini incerti sint, debet bona sua prorata in pia opera distribuere, ut compenlet illata detrimenta. Si vero omnino impotens fuerit, nec spes addit relinquentis, si ingreditur, & proficere Religionem valide, & licite potest. Si autem brevi tempore, puta infra biennium, spes adesse factiende restitutionis; tum diserte Religionis ingressum debet, nisi ingens periculum foret prolabendi in peccatum, aut aliud grave discrimen immineret. Ita docent plures iniores. S. Thomas 2. 2. quæst. cxxxix. art. 6. ad 3. hæc habet. *Unde licite potest exhibitis rebus suis Religionem ingredi, nec tenetur in seculo remanere, ut procuraret unde debitum solvat.* Nec interpretatio Salmanticensium tract. xiii. cap. 1. punct. 18. num. 286. confiliter, videlicet S. Thomam loqui de eo qui impotens sit solvendo, nisi longo tempore in seculo remaneat. Hoc quippe gratis asseritur: nam sententia S. Doctoris absolutæ est; & principium cui innititur, similiter universaliter concludit. Præmittit enim ibidem: *Propter pecuniam autem persona liberi hominis seculum iura civilia non obligatur, sed solum res: quia persona liberi hominis superat omnem estimationem pecunie.* Spectanda solum circumstantiæ sunt, debitorum summa, creditorum conditio, & ingredientis Religionem status. Dilatio aut biennium, & ut aliqui volunt, ad triennium, nimis proluxa est, & reticenda. Difficultas reduci ad unum aut alterum mensuram plus minusve potest, omnibus intervalla definiti determinate valent. Illud lorum advertendum, quod parum pro nihilo reputatur. Et si intra breve spatium abique periculo gravi fraudandæ vocationis ad religionem statum restitutor fieri possit, tum differendus ingressus esset.

XIX. Qui ex liberali promissione debitis gravatus est, cedere bona sua promissariis debet, eaque sibi retinere quæ necessaria sunt ad Religionis ingressum, & continuo Religionem ingredi, quia vel breve tempus tenatur ingressum diserte, ut debita ex liberali donatione contracta solvere queat: quoniam in gratuita donatione semper includitur hæc rationalis conditio, nisi meliorem statum amplexus fuero.

XX. Quæst. III. *Longo ne tempore, iure nature spectato, debet quis remanere in seculo, quando spes addit solvendi debita?* Resp. Quamvis ex his quæ dicta sunt, illius questionis decisio pateat; tamen quia iniores eam solo calamo veriant, paucis eam explicare iterum lubet. Adfirmantem opinionem defendunt Suarez Tom. III. de Relig. lib. V. cap. VII. Caltropoulos Tom. III. tract. xvi. Molina Tom. III. disp. cclviii. Medina cod. de restitut. quæst. 111. Valentia 2. 2. disp. xv. quæst. vi. punct. 7. & alii. Quoniam, inquit, solutio debitorum præscripta est iure naturali, & divino. Ergo non extinguitur per ingressum in Religionem; cum ingressus ille opus consilii sit, non precepti. Et repleta filius nequit ingredi Religionem, patre indigente eius subsidio, quo sustentatur. Et incertitudo mancipium ingredi Religionem nequit, repugnante domino.

XXI. Recentia argumenta nullo modo delicti rationem S. Thomæ, quam iam addimus. Quoniam persona hominis liberi non est detritoribus obligata, sed tantum eiusdem bona. Ergo his sublati liber homo est, ut Religionem ingredi valeat. Utique adoratore homo tenetur, omnemque indulturiam adhibere ut fieri potens valeat ad debita solvenda: dummodo tamen grave periculum vel amittendæ libertatis, vel gravis iactura spiritualis subeunda non imminet. Longa autem remansio in seculo respectu hominis sincera vocatione impulsus ad proficiendam Religionem, suapte natura hoc inducit periculum, suamque libertatem graviter lædit.

XXII. Responso ad opposita argumenta obvia est, quando debitorum iure omnia debita est, solvendo fieri potest. Impossibilibus autem mortaliter reparatur quod fieri nequit abque detrimento propriæ libertatis, & salutis anime. Perperam obtrudunt filiorum paritas: quia istorum personæ, nedum bona, obligate parentibus sunt, ut *loc. cit.* docet S. Thomas, sicuti & personæ mancipiorum devinctæ dominis sunt. Alia levioris momenti obiciunt, nempe ex doctrina S. Thomæ consequi, etiam debitores remanentes in seculo non teneri ad laborem, ut debita solvant. Quæ conclusio falsa est: nam laborare in seculo non lædit libertatem; neque periculum anime labor iste secum desert, sicuti impedimentum ingrediendæ Religionis.

XXIII. Opponunt etiam auctoritatem eiusdem S. Thomæ, qui *loc. cit.* inquit: *Si aliquis sit obligatus ut alieni rationem ponat, vel ut certum debitum reddat, non potest hoc licite præmittere, ut Religionem ingrediatur.*

Lo.

Loquitur hic Doctor sanctus de eo qui solvendo est, ut patet ex verbis quæ immediate præcedunt adductum textum: inquit enim: *Ille qui est obligatus ad aliquid certum, non potest illud licite præmittere facultate existente: & ideo si aliquis sit obligatus &c.* Accedit, argumentum quod sibi proponit solvendum Angelicus, esse de illis qui sunt publicis rationibus obligati, de quibus mox dicam. *Facultate itaque existente, ut Religionem ingrediatur.* Verum persona, inquit S. Doctor, est supra estimationem pecunie. Nec alicuius momenti est quod regeatur, ex hac doctrina consequi, posse quempiam in seculo manentem se addicere xenodochio alicui intervenienti pauperibus causa; & sic subterfugere debitorum solutionem. Nugæ hæc sunt. Quoniam qui xenodochiis interveniunt, in seculo morantur, nec aliquem novum statum suscipiunt, ut animarum pericula evitent. Qui virginem desolat sub spe matrimonii, personam, & libertatem suam obligat. Quare, ea desolata, nequit Religionem ingredi. Quæ omnia semper intelligenda sunt, fraude omni sublata: ut quando debitor, non causâ vitandæ restitutionis, sed severa se ad religionem vocatum divinitus experitur. Hæc autem in praxi raro revera contingunt.

XXIV. Disputant recentiores, tenentur ne Religiosis professus laborare, ut sua industria pecunias conquirat quibus debita contracta in seculo solvat? Adfirmant plures, adentes debere Prælatum dare licentiam subdito religioso in hunc finem. Alii negant, Prælatum astrictum esse ad hanc licentiam impertiendam: quia Prælatus nihil debet creditoribus. Plura hæc de re scribit Cardinalis de Lugo Tom. I. disput. xxi. sect. 6. Verum, omnibus missis, dico, admisso semel licito ingressu, & professione valida emissa, ad nihil amplius Religiosum teneri. Suam enim personam, indulturiam, talenta, & omnia Deo vi professionis suæ consecravit. Quare quidquid acquirit, Deo, & religioni acquirit: nihique in sua potestate retinet. Nec Prælatus, nisi Monasterium in acceptione candidati ante professionem se obligaverit ad solvenda eidem debita, impertiri licentiam debet, aut potest, ut labore pro debitis solvendis: quia Prælatus est purus administrator bonorum quæ Religiosi acquirunt: nec facultate potitur impertiendi Religiosis licentiam ut pecunias luceant, quibus satisfaciatur oneribus in seculo ante professionem contractis. Repugnant hæc omnia

professioni Regularium, & solemnium pauperum status voto.

XXV. Quæst. IV. *Quid ordinavit Sixtus V. & Clemens VIII. circa debita ingredientium Religionem?* Resp. Summus Pontifex Sixtus V. motu proprio anno MDLXXXV. ordinavit ne gravati alieno ere ad Religionem admittentur, nullatenus liborum professionem declaravit. Clemens VIII. revocavit alio motu proprio decretum Sixtini, ad invalidam dumtaxat professionem quod attinet; in ceteris vero ratum habuit. Sixti V. autem decretum non comprehendit Moniales, nec eos qui aut bona habent quibus succellive forent debita valent, aut sunt omnino impotentes ad solvendum. Eos ergo dumtaxat comprehendit qui, dilapidatis bonis in ludis, libidinibus, crapulis, non sunt in præsentia solvendi, erunt vero futuro tempore. Verum pluribus opus non est: quoniam singule Religiones, antequam candidaturam ad Religionem admittant, hæc omnia præcavente mala, neminemque acceptant are alieno gravatum.

CAPUT XVI.

De compensatione occultæ. Probabilissimi perigrina inventa recensentur.

Fuse hæc dispexi controversiam Lib. IV. in septimum Decalog. mand. cap. vi. Ne actum agam, illic te remitto. Ancipitem esse & ambiguum ibi reperis super licite occultæ compensationis viâ. Urgent ex una parte rationes quæ omnem occultam compensationem damnant; ex altera parte lat Theologorum, non Probabiliorum modo, verum etiam graviorum auctoritas. Promiseram tibi, ex inlicito, & iustus hæc controversiam hic me discursurum. At, ut ingenue fatear quod verum est, nihil novi excogitare potui, quod propostæ difficultati laudem affererem. Rationum impotentia quæ omnem occultam compensationem damnant, mihi læculta sunt, quæ dissolvere penitus ignoro. Ex altera parte auctoritas Theologorum non leve mihi fecisset negotium. Ut in re tanti momenti tuo incedas, monita quæ *loc. cit.* dedi, in memoriam revoco. Quandoquidem licet defendi absolute possit, licitam esse compensationem ius omnibus limitationibus munitam; tamen quia in praxi quomodo rarissime conditiones omnes servantur, idcirco perquam raro compensatio occultæ licita in praxi est, etiam iuxta communem sententiam. Quod itaque ad controversiam

exa.